



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

R. Admodvm P. FR. Petro A Matre Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

R. ADMODVM P.

FR. PETRO

A MATRE DEI.

CONGREGATIONIS FRAT-
rum Carmelitarum Discalcea-
torum Procuratori Gene-
rali dignissimo.

Fr. Ioannes à Iesu Maria S.

VNiuerſæ Reſp. quantumuis legibus ar-
matae R. P. parum accurata pueritiæ, ac
adoleſcentiæ diſciplina interire ſolent: quod
& ſacris oraculis, & profanis aſſertis vulga-
tiſſimum eſt. nec vlla peſtis (vt ad rem noſtrâ
accedam) communi, ac diuino inſtituti Mo-
naſtici bono exitioſior vnquã accidit, quàm
ætas illa prima negligentius inſtituta. Quod
enim ſemel hauſit, ad ſenectutem uſque ſer-
uat; & periculum perfectioni Patrum anti-
quorum multis laboribus conquiſitę præſen-
tiſſimum creat. Nec verò temerè ſperandum
eſt, vt vitæ licentia, quaſi ſuctu lactis concep-
ta, & annorum excuſſu in callos multos ob-
durata, increpationum, vel exercitiorum ſe-
ueritate ſit cœercenda: rem quippe hanc diffi-
cilio-

EPIST. DEDICAT.

ciliores multò, quam scelestorum hominum sæcularium resipiscentiam, grauissimos Patres censuisse, compertum est.

Cùm ergò exactior educatio, bona immensa pariat, & mala imminetia præcaueat; non ex propria (qua me carere faciliè perspicio) sed è Sanctorum doctrina instituto nostro appositam nouorum Fratrum institutionem excerpti: quàm (velut opus imperfectum acriori iudicio tuo, & prudentia multis experimentis parta limandum, & perficiendum) tibi R. P. dicendam existimaui. Mihi certè labor hic exiguus eò contulit, vt dum, quid facto opus sit, ad aliorum mores expoliandos, & animos Deo conciliandos cogito, inopiam meam introspiciam, & culpas innumeras à Clementissimo Deo deprecet: speremque fore. (postquam opus te authore R. P. absolutum fuerit) vt illi qui lectione hac, ad profectum vtentur, Deo cultum, tibi laudem, mihi emolumentum aliquod allaturi sint. Accipe igitur humane R. P. subditi votum, ac eruditione cælesti, qua polles, perfice: & ad Congregationis nostræ bonum, quod multis accessionibus à te promouetur, diutissimè vale.